

1526 paraverat , Gallicamque linguam optime callebat , per dispositos equos ad Ludovicam Francisci regis matrem gratulatum missus est , cum longiori tempore ad mittendos legatos o- pus foret . Rubeo in mandatis datum , ut Reipublicæ no- mine reginæ gratuletur ; nihil jucundius , aut optatius Se- natui obtингere potuisse , quam Serenissimo , Christianissi- moque regi , de toto christiano orbe , ac præsertim de Re- publica Veneta optime merito , inconstantis , variæque for- tunæ tela indigne perpresso , tamdem ingenti animi virtute , invicto robore ingruentes malorum impetus vincenti , felici- tatis lumen affulsiſſe : libertate recuperata , in regnum am- plissimum totius Galliæ humeris restituto difficile haud fu- turum , superiores clades virtute , ac magnanimitate cor- rigere . Ad hæc injungitur , ut quam folertissime exploret , quænam de fancitis pactionibus servandis regia voluntas fu- tura sit . Demum Reipublicæ vires , classes , ditiones of- ferat , Senatumque nunquam a rege fejunctum fore polli- ceatur . Et quoniam Pontifex eadem de causa Paulum Re- giensem in Galliam miserat , eidem Rubeo mandatur , ut , quæ ille Pontificis nomine egerit , observatis ; si eadem il- lum mente esse intellexerit , ac illius consilia ipsius mandatis non repugnare persenserit , omnia cum Regiensī communicet , ut eodem tempore , quæ ex utilitate publica sint , confidere possint . Rubeus itaque cum Senatus mandatis iter in Gallias quamcelerrime suscepit .

*Conditiones
pacis a Ca-
ſareanis
Oratoribus
Senatus
propositæ.*

Interea Alphonsus Santius , ac Hieronymius Caracciolum , Cæfaris Oratores , qui Venetiis erant , se minime a pace , & foedere cum Senatu Veneto abhorrere ostentabant ; nam vj. nonas martii cum Patrum Collegium adiissent , certas ineundæ concordiæ rationes proposuere ; quarum capita hæc erant . Nempe ut , expulso Francisco Sfortia a Mediolanensi imperio , Carolus Borbonius dux crearetur , qui eadem auctoritate , viribus , dignitate , qua modo Sfortia , flo- ret : nihil sane Senatus interesse , uter Inſubribus potiretur ; dummodo ea in ditione nulli Italorum pertimescendus im- peraret . Extorribus cuncta eorum bona restituenda polli- ceabantur . Ex adverso a Senatu flagitabant , ut quod in foedere cautum erat , de copiis Venetis pro Mediolanensi tutando impe-